

7.
Coloniensis ecclesie agitur sub temporibus Lyfidi
archiepiscopi Coloniensis plenius continetur. 5']

Interca videlicet anno domini 1288, eodem siquidem
anno, quo conflictus de Worinck memoratus supra exhibit²⁾,
soldanus Egypti Larracenorum princeps loca christiano-
rum terre sancte valida manu incurrens et multa loca
christianorum expugnans ad ultimum cepit famosam
et nobilem civitatem Antiochiam, quam omnino
destruens redegit in solitudinem, multis in eadem
christianorum milibus interfectis. Idem quoque sol-
danus eo tempore contra christianum populum forte
gerens bellum maxima dampna regi Armenie intulit
christiano. Insuper quoque regem Anglie, qui tunc
fol. 107. temporis ad terram sanctam transfretendo accesserat,
nomine Eduardum, per quendam assisinum insidiarie
procuravit interfici. At tamen idem rex dei adiutorio
1272 iun. 16. per dictum assisinum licet graviter vulneratus
tunc mortem evasit.

Eo quoque tempore anno scilicet domini 1289
prefato soldano Egypti per suos interfecto, successor
eiusdem soldanus civitatem Tripolim in potestate
christianorum constitutam similiter expugnavit,
et ex tunc potestas christianorum in terra sancta
labore et sanguine fidelium de diversis mundi
plagis ad eandem terram sanctam, sicut liquet

2) exhib. cod.

5'] Ita ad Chron. praecepta^{iam} pertinere iam supra in
praecepto^{iam} ad eandem chroniam ostendimus.
tione eius